

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Rink, Christoph Friedrich]: Nihil utilius quicquam homini esse homine in
oratione probavit, 1777

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Nihil utilius quicquam homini
esse homine in oratione
probavit.

Christophorus Fridericus Rinke

S.S. Theol. Stud.

1777

300 T. or

540

fr. Rinke
prima vice

Oeconomia.

Exordium. Homo homines infectatur.

Trans. Contra omnem animatum naturam hoc fit, nam.

Thema. Nihil utilius quicquam homini esse potest homine.

Part I. Propabo hanc thesin ex consilio creatoris, nam,

1. In societatem Deus creavit homines, idcirco
2. tam ^{varis} rebus nobis opus esse voluit, quas omnes nullus solus perficere potest. Idcirco instituit Deus, ut
 - a. alii tutela corporis inserviant,
 - b. alii victum curent quotidianum,
 - c. alii publicam quietem custodiant,
 - d. alii intellectum excitandi, ac voluntatem dirigendi operam dant.
3. Idcirco quoque, ita distribuit ingenia, ut non omnes ad eadem, sed fere quilibet homo ad alia, inclinent.

Part II. Hanc thesin probabo ex amicitia.

1. Cui nullos amicos habet, miser est,
 - a. et in rebus secundis, non enim plena voluptate fruitur.
 - b. et in rebus adversis, deest ei solatium.
2. Cui autem habet fideles amicos, is
 - a. et bona magis gustabit
 - b. et adversa ferli ac robusto animo sustinebit.

Part III. Utilia quaedam officia ex thesi eliciam.

1. Ne dirumpamus ullo modo humanam societatem, infelix enim creditur, creatori repugnans.
 2. Ne contemnamus ullam officiositatis membrum, nam quilibet eorum ac nos perutile est.
- Studeamus autem
3. ut eam qualibet arte sustentemus, quoniam eo nititur nostra felicitas.
 4. ut nemum veros amicos nobis reconcitemus, et probatos conservemus.

Exordium.

Mirandum sane, EXCELLEN-
 SIMI AUDITORES, quanta infa-
 nia homines sese invicem insectentur.
 In toto, quam late patet, animantium
 regno tanta natura corruptio non depre-
 henditur. Nulla enim unquam vel ferissi-
 ma bestiarum, nisi extrema fame urgente,
 aliam sui generis feram invadet. Lupus
 a lupi, leo a leonis sanguine abstinet. Ipsa
 natura contra hoc rebellat, tamque crudele
 facinus prohibere videtur. Solus homo,
 sanctas nature leges transgressus, alias sui
 generis res creatas inimice aggreditur: Ira
 accensus vel in propriam suam domum fu-
 rit, vastat ipsius suam familiam.
 Divitiarum sitis, dignitatis atque imperii
 cupido, lesi honoris fallax vindicta, haec
 humana societatis pestes, tantam inter
 homines vastationem progignunt. Inve-
 niuntur, quorum unica laus, atque iactatus est,
 quod, omni humanitate exuta, innumeros
 homines feroci animo vexaverint, quod

hominum sanguine manus suas crudeliter la-
 vaverint, atque corporum multo sanguine sudore
 acquisitis opibus sese locupletaverint. Dan-
 tur alii, qui vacuo honoris homini, omnes non
 solum suas, sed etiam subditorum vires im-
 land, atque alios perdendi causa, extrema quali-
 bet audent. Cuilibet alterius rem minuere
 atque suam unice promoveri studet; et sic
 alter semper alterius hostis est. Ad tam
 profundam perniciem hominum dignitas
 collabescere coepit. Vel infra bestias hominum
 natura desedit. Oritur autem tanta inter
 homines inimicitia ex cupiditate nimia fe-
 licitatis, quam dubia atque fallente via qua-
 runt. Falluntur autem homines, si omnem
 suam felicitatem in divitiis, gloria, atque
 honoribus ponunt; omnia enim huius mundi
 bona miseris curas, atque sollicitudines propinquas
 nunquam autem animi nostri tranquillitatem,
 qua tamen tota nostra felicitas suffulcitur,
 reddere valent. Desinat itaque omnis, qui
 veram sibi fortunam acquirere cupit, desi-
 nat hic in alios favere; ne sibi persuadeat,
 aliorum infortunis se posse felicem esse.
 Nam felicitas, aliorum perniciem fundata.

miseria est; omnium autem salute cuiuslibet
vera ac constans fortuna nititur. Cuiuslibet
itaque hominum salutem ac dignitatem erigere
atque sustentare curet, nam.

Nihil quicquam utilius homini esse potest. Thema
testi homine. Propterea hanc thesin in

- P. I. ex consilio creatoris, in
P. II. ex amicitia, et denique in
P. III. utilia quaedam officia ex thesi eliciam.

Ante autem, quam propositum meum
prosequi audeo, Vestram HONORATISS.
SING. AUDItores, imploro be-
nignitatem. Ne enim, comoda satis,
tamque eruditus viris digna verba facere
non valere sentio. Et stilo et ipsis rebus
multa, vel plane ricienda, vel certe cor-
rigenda inesse haud ignoro. Ut itaque, be-
nignas aures sermoni meo prebeatis,
vitia mea atque errores corrigatis, mihique
prima vice inter vos loquenti, ea,
pro eorum benevolentia, i-
gnoscatis, enixissime rogo. Tanta vestra
bonitate nixus ad propositum meum
redibo.

Part I

Nihil quicquam utilius homini esse homine,
in prima orationis mea parte ex consilio
creatoris probabo.

Hicce, quem nos incolimus terrarum orbis,
non ad sempiternum hominis domicilio,
sed tantum, quasi ad viam, qua ad altiorem
felicitatis gradum perveniamus, destinatus
est. Concessit quidem Deus hominibus hunc
mandum in habitationem ad aliquod tem-
pus, quo autem praterlapso, omnes quicumque
sunt, exinde migrare coguntur. Caveat itaque
quilibet hominum, ne nimia felicitudine
terre divitias sibi acquirat, aut in eis omnem
suam felicitatem ponat, eisque nimis confi-
dat; finito enim vite curriculo haec cum
non amplius iuvabunt. Tunc ipse omnia,
et omnia ipsum fugient. Cuiuslibet autem
omnium prima cura esse debet, ut laboris
plenam vitam probe degat, eamque sibi amoe-
nam reddat, atque sic peregrinationis huius
finem inculpate attingat. Hoc autem affe-
quendi nullum unquam meliorem modum
esse credo, quam ut homines iuncti hocce mul-
tis ac variis periculis obnoxium iter uno

subeant, ut semper alius alium errantem
 corrigat, atq; declinantem in rectam viam re-
 ducat, ut iunctis viribus hostium impetibus
 sustineant, insidia eorum vitent, ipsosq;
 plane prosternent. Et eandem quoq; ob
 causam Deus homines in societatem cre-
 avit. Nonnumquam animus superbia turget,
 alios maxime illos, qui nullum usum ei
 prestare possunt, spernit; et sic semper
 quilibet sui ipsius dominus, sibiq; omnia
 esse cupit. Prava autem hac libertas si
 homini concessa esset, in cuiuslibet perni-
 ciam sese converteret. Uti enim tenera
 ovis ^{quae} a grege atq; pastoris custodia aberravit,
 in densis atq; periculosis silvis praevia cir-
 cumvagatur, trepide sibi tam infestum
 lupum effugiens magis magisq; viam de
 grege deflectit, usq; remanens auida lupi dente
 arripitur, atq; miserrima morte poenam
 temeritatis suae luit; ita quoq; homines,
 nisi archissimo societatis vinculo cohiberen-
 tur, in incertis solitudinibus oberrant,
 iter atq; in suam et corporis et animi perniciem

ruerent. Deus autem, omnium bonorum largitor proppexit tanta hominum calamitati, atq; eos indissolubili vinculo inter se coninxit, ut ne unus quidem sine aliis hominibus vel mediocriter vivere possit.

Quanta hic creatoris et bonitas et sapientia elucet! Admiramini mecum, **HONORATISSIMI AC AUDITORES,** admiramini et adorete illud sumum, nobisq; tam propitium Numen!

Ut nexus hic, atq; vinculum humanae societatis magis magisque contineretur, voluit Deus, ut tot ac tam variis rebus opus esset hominibus, quas omnes nemo solus perficere potest, sed semper alter alterius opem atq; studio comoda sua debet. Et corporis sanitas atq; firmitas, et animi facultatum cultus et formatio magnam studii materiam praebent. Etiam alii tutelae ac firmitati corporis inserviunt. Inuentur nonnulli vel adificii, vel vestibuli corpus nostrum a tempestatis iniuria, artificiose opificio manus non tantum sequantur nos,

sed etiam egregie ornant, nosq; alio commendant.
 Infirmum atq; fragile nostrum corpus, in una
 quadam arte, medicorum industria curat, agrum
 summa industria exquisitis atq; potentibus her-
 bis dolore relevat, curatum sustinet, atq;
 stabile reddit. Alios quoq; apicis homi-
 nes, qui vegeto atq; robusto corpore belluris
 glebas vomere sciunt, atq; fructuum sta-
 mina ei inserunt; qui summo opere pro luti-
 tu vel hunc vel alium fructum terra elici-
 unt, atq; sic et hominis et pecudis quotidi-
 anum victum curant. Interea autem alii
 sapientie legibus subdito suo dirigunt, peri-
 cula, eorum securitati imminenda, provide
 deprellunt, iniuriam eis ab inimicis illatam,
 vindicant, atq; sic publicam quietem custo-
 diunt. Omnes hinc homines tantum corpo-
 ris nostri curam habent, neq; tamen dici
 potest, eos plane nihil ad animi nostri sa-
 lubrem posse conferre; animi enim hilari-
 tas ex alacri et vegeto corpore pendet, quo
 autem imbecilli et infirmo nec animus erit

hilaris, fortis ac constans, sed demifus robustus
 ac mollis, nostri enim spiritus fortitudo ac
 vigor nititur corporis firmamento. In-
 veniuntur autem homines, qui totam suam
 vitam, omnesque et animi et corporis vires alio-
 rum formationi immolant, quorum unica
 et precipua tantus cura est, alios e naturali
 sua ruditate eripere, hebetia eorum ingenia
 evolvere, atque ad altiorum cognitionem evehere,
 qui nihil tam ardentem optant, quam ut omni-
 hominis perfecti, suoque creatore digni redderentur;
 qui aliorum servitio ipsi consu-
 muntur.

Soluit Deus, ut ita homines invicem magis recipere
 coniungantur, ut semper alter alteri inserviat,
 ut invicem hic alterius imperfectiones capiat,
 et sic semper alter alterum perficiat. Deum
 quoque hominum ingenia ita ordinavit atque dispo-
 suit, ut non omnium ad eadem, sed ad varia in-
 clinent: Quae opera huic minus honesta, inco-
 turpia videntur, in eis ille adeo acquiescit, et suam
 omnibus aliorum negotiis non committit. Quanta summi
 Numinis sapientia! cum homines iungendi causa
 optimum hocce medium elegerit. Quanta in hominis
 bonitas ac inclinatio hic perspicua.

Part II.

Venio nunc ad secundam orationis meae partem, quae nihil utilius quicquam homini homine esse ex amicitia probabo.

Ut ad cibum et potum, qui ad vitam sustentandam maxime sunt necessarii, non sicut iussu Deus homines adstrinxit, sed ipsam actionem tanta voluptate coniunxit, ut, cum certe antea homines edere neglexissent, nunc nervorum titillatione stimulati, iustum modum et edendi et bibendi interdum transgrediantur; ita quoque hominum inter se coniunctio non tantum est ad corporis formationem, et ad animi salutem perutilis est; sed etiam ea illa hominibus, et maxima letitia in prosperis, et dulce solacium in adversis rebus redundat. Et quo aetius fit illud vinculum, eo maior quoque reddit exinde utilitas, adeo, ut homines, probris amicis gaudentes, participatione, consolatione et auxilio eorum corroborati non a ludente fortuna dependeant, quaecumque adversa animo quieto sustineant, nullo denique fato cedant.

Sistatis quae hic, H. O. B. A. 1755. N. 3
H. O. B. A. 1755, cogitationes vestras, et vitam

hominis amicis desultam mecum contemplanini,
 Miser est talis homo et in secundis, et in adversis
 fortuna rebus. Ita enim hominum natura compa-
 rata est, ut semper sibi, et mitis et asperae for-
 tuna socium adiungere cupiat, ut in illa mu-
 tua congratulatione labitii augetur, et in
 hac amica consolatione dolores miruetur.
 Cogitatis quae, *EXCELLENTISSIMO*
ALBERTO, hominem, cui omnia ex
 voto succedant, qui in somnibus victus curis non
 excrucietur, cui omnia abundant, qui, ut ita lo-
 quar, vel ipsi fortuna imperare videtur, nullus
 autem sincerus ei obligatus amicus, nemo, nisi
 adulator, quorum facies pallidam famem pro-
 fitentur, eum circumstant. Num hic erit con-
 tentus et felix? Nonne semper animosius
 fidelem fortunarum socium requirit? Nonne
 amicum, cui animi desideria confidere possit?
 Infelix itaque hicce est prosperante; quanto magis
 autem ei adversante fortuna? Appropinquat
 nunc tempus, quo fortuna, et cum ea sola eius
 felicitas eum deserit, nunc abundantia eius in
 inopiam; splendor in miseriam, honores in con-

tentum, et laudes eius vertuntur in contumeliam;
 Mendaces assentatores, qui omnia ante in eo dilau-
 daverant, nunc contentum eum habent; quoniam ipse
 nunc esurit, nec illi in ipsius mensa famem depellere
 possunt, igitur malitiose eum fugiunt. Nunc
 et fortuna et amici sui desibuntur, miseram
 suam conditionem deplorat; quoniam nunquam
 in se ipso contentus esse studuit, in solitudine
 nunc de suis rebus desperat; ludentem fortunam
 viculat; detestatur perfidos suos amicos, qui
 quidem nunquam fuerunt veri eius amici;
 Hicce miser anxie nunc curat, nulli per
 eum arridet, nulli solatium, quod eum eri-
 gat; fractus tanta importunitate se ipsum
 exoraciat, atq; abominatur. O infelicem homi-
 nem, amicorum solatio carentem!

Nunc quoq; videamus hominem, qui fidei
 et recta amicitia aliis innotuit, alius, qui
 a longinquo tempore tenaci fide atq; amore
 eum amplexi sunt. Huic quoq; blanda et lu-
 brica fortuna vultu ridet sereno, et hic magnam

Divitiarum copiam possidet, honores certatim in eum
 congeruntur, adulatores mollihus blanditur eum ex
 pugnant pudent; ille autem nec fortuna nec homi-
 num blandis illecebris movetur; possidet quidem
 egregias opes, sed illis plane non confidit, sed mul-
 tor miseris recreat, iniuriam sustinentes tuctur;
 innumeri homines quidem societatem eius et ami-
 citiam petunt, quoniam per eum ad magnos
 honores emergere possunt; ille autem omnibus hiis
 paucos videt et imitabiles amicos longe profert.
 Hiis cum convitantibus omnia gaudia et dulciora
 videntur, voluptates multiplicantur, cibi eius et
 potus, amicorum sermone et urbanitate conati,
 magis eum delectant; et sic sola eius vita de-
 gitur sine molestia, et si ulla unquam adesset,
 ipse illa non frangitur, non sentit eius dolores.
 Concors talis amicus aberrantem ac peccantem
 socium paucis amicitia verbis in virtutis tra-
 mitem reducit, et amico parere non difficul-
 ter esse potest. Sic talis unanimi amici qui-
 iam diu invidiam superavuit, fruuntur
 terra divitiis, iisq; hi demum maxime de-
 lectantur, sola virtus et conciliavit et conser-
 vavit quoque eorum amicitiam: In ea autem

est convenientia rerum, in ea constantia. Perfectiones alterius, quibus non potest non convenientia inesse, et amorem et amicitiam incendunt, et quando magis alter amici perfectiones apparet et agnovit, eo magis quoque excandescit amicitia. Quae autem maxime in infortunio probatur et confirmatur. Vivit illi, tamquam fortunato viro serenus fortuna vultus abovelatum, turpulentam tempestat opes eius vastat: Malitiosorum manus pecunias ei auferunt: Preciosissima merces mari submergunt, repetit pelagus thesauros furtim ei ablato: Omnia fallacis fortuna bona pereunt, et cum ipsis omnis quoque apud homines honor, omnis admiratio, omnis denique dignitas cadit. Nunc demum, quinam furtivi, et quinae veri amici sint discernitur; illi perfide fugiunt; horum autem fides nunc demum perspicua est; hi nullo infortunio moti, veri ac constantes amici perseverant. Fallaciam atque perfidiam nescientes, suis opibus eum iuvant; adeo, ut ipse fortuna iacturam dolere non debeat.

Animo et ope et consolatione amicorum corroborati, omnia, quaecumque ei obtingunt, adversa fortiter sustinebit; in infima quoque egestate infractus amicorum consuetudine ubi deos felicem. O quanta amicitia prostantia! Cui amicitiam et societatem humanam, qua tantum gradibus distat, tollere cupit, tam temere agit, ac si coelum sole privaret.

Part III

Cum itaque societas humana tam necessaria est, ut, illa sublata, nulla hominum letitia, nulla amicitia, qua vitae nostrae condimentum est, ut nulla fortunarum hilaris fruitio existere possit, ut ipsa nostra animi felicitas periclitetur; officia quoque hominibus praescribenda sunt, ab eis in hac tam salutari societate praestanda.

Et haec adhuc in tertia orationis meae parte paucis exponam. Quorum primum est, caveamus, ne ullo modo illam societatem dispiciamus. Ipse Deus ordinavit, et creavit homines in societatem, et quidem hoc non pro absoluto eius arbitrio, non in poenam, sed in ipsius hominis salutem.

Qui itaq; eam perdere studet, et una suam
 ipsius felicitatem subvertit; Deo enim, omnis
 felicitatis inexhausto fonti, sese obicit; pugnat
 fragilis homo contra omnipotentem. Temere
 et audacter sibi Dei victricem adsciscit. O
 infelicem hominem creatori tuo repugnantem!
 Alia via felicitatem attingere cupis, cum
 tamen non datur alia. O coecos et im-
 prudenter homines! Corro quoq; ca-
 veamus, ne ullum societatis membrum
 contemtu habeamus; uti enim in ca-
 dena nullum membrum e serie solli potest,
 nisi tota frangatur; et uti in tota creatione
 ne minima quidem pars in nihilum
 reduci potest, nisi universa creatura magnam
 capiat iacturam; sic quoq; ne unus quidem
 homo ex serie aliorum, sine societatis dis-
 ruptione, seiungi potest. Quilibet enim
 eor. ac alius perutilis est, et ideo quoq; equo
 honore dignus iudicandus. Num, quaso, homo,
 qui agriculturam exercet, aut qui aliorum

commodis manuum suarum opera infervit, aut
 qui, infimo loco natus, servitudinem patitur
 durissimam, num hi et alii pauperes homi-
 nes inferiores sunt utilitate proceris, opulentis,
 principibus atq; ipsis imperatoribus? Num hi
 abiicendi sunt, et conculcandi? Illi nisi la-
 borarent et ministrarent, illi nec cibo, nec potu,
 nec aliis commodis fruerentur, ipsi non essent
 opulenti, non domini, non principes. Im-
 perator voluptatem suam subditorum, domi-
 nus servorum opera debet. Contra autem
 subditi quoq; dominis suis atq; principibus, tutelam,
 quietis publicae custodiam, sine qua agricultura
 plane exerceri nequit, et innumeras alias utili-
 tates debent. Nullus itaq; neq; novissimus
 et vilissimus hominum ordo ab aliis frangi
 potest, salva autem societate et hominum
 fortuna combinari debent universi. Cave-
 amus itaq;, ne ulla ratione humanam
 societatem, et una totam nostram felicitatem
 subvertamus, nobisq; acerbissimam tanti
 sceleris poenam accersamus. Potius autem

studere nos oportet, (quod est tertium hominis officium)
 ut eam qualibet arte susculciamus. Nam,
 uti iam antea probavi, ea nititur tota nostra
 felicitas, quam tamen omnes et singuli ho-
 mines assequi student. Sed dicat quisquam,
 eandem ob causam, quoniam felix fieri tam
 cupide enitor, facerem me ab hominum
 tam prava consuetudine; malis suis actioni-
 bus semper me offendunt, ad eandem prava-
 rne invitant, et sic saepius in bono mihi re-
 sistunt: Nonne satius est, egredi ex tam
 malis, atque ad mala invitantibus hominibus?
 Nonne praestat separatus et felix in soli-
 tudine vivere? Qualis autem erit tua fe-
 licitas, cum a felicitatis via, que non datur
 secunda, deflectis? Qualis virtus tua, cum
 occasionem eam firmandi atque ostendendi fugis?
 Morare inter homines, exerce ibi virtutem,
 proba illam in tentationibus, omnibus illecebris
 fortiter resistere, alias non virtuti deditus ceptu-
 ris. Et porro quoque non solum tibi, sed etiam aliis
 hominibus officia tua debes, si tu in bono iam fortior,

si melior es alio, ultimum hoc suum debitum re-
 fect, ut alios quoque corrigas, ut denique sic est maxi-
 marum tentationum victoria magis magisque vir-
 tutis tua corroboretur. Quilibet itaque studeat,
 ut inter homines, et cum ipsis suam felicitatem
 attingat; ut, virtutem confirmaturus, veros amicos
 sibi reconciliet, hi enim animum nostrum ad
 virtutem acuunt, hi moerorem leniunt, hi
 dulce et amicum solatium in tristitia suggerunt.
 Studeamus denique, ut probator a micor conser-
 vemur, hi enim maxime in infortunio cogros-
 cuntur, hi in omnibus adversis nos invocant,
 ubi divitiæ, ubi honores, ubi potentia, ubi
 omnis apud homines dignitas nos deserunt,
 hi demum, quanta amicitia vis sit, ostendunt;
 hi omnibus mundi opibus praestant, hi
 sunt optimum hominis bonum, palcher-
 rima, ut ita loquar, vite suppellex.